

Alia tēpore, sed accidētia inseparabilia, p̄cedit natura tantū, non natura & tempore simul, ficut est respectu separabiliū. nā in illic allegata autoritate, ponitur quadruplex prioritas, ut supra dictū fuit, quia sic habetur in litera graeca, mani fete, uidelicet substantia est prior diffōne, cognitione, tempore, & natura, unde nō ab re ponitur prioritas naturae, ultra prioritate temporis, quia primus magister, nihil unquā dixit sine ratione, ut dicit Cōmen. in. i. de Genera. & corru. in cō. 38. & ita est de quolibet uerbo eius, ut dicit idē Cōmen. de eodē. 1. Ph. cō. 35. Incidentaliter autem hic cadit contraditō in Auer. nā per praeductā Auic. autoritatē accidentia sunt in duplici differētia: quaedā uidelicet interminata, & ista praecedit formā: aliqua uero sunt terminata, & ista sunt post formā saltem natura, ut glossat etiam ipse Cōmē. in. i. ca. de Substātia orbis, & talia à signo cognoscere poteris isto modo, quia talia nō remanent in corrupto, sed corrumpuntur, quia talia fundantur in composito, & insequuntur formā, & ideo destructa forma ad destructionem compositi corrumpuntur etiam ipsa, & si ita est, igitur de opinione Aui. ad quid ergo sibi imponit oppositū Auer. in. i. cap. de Substātia orbis dicitur, unde putauit Aui. q̄ dīspōsitio trium dimensionū existentium in materia simpliciter. s. nō terminatarū, est dispositio dimēnsionū terminatarū, in ea. Ad hoc respondetur, q̄ Auer. dānat Auic. praecipue in illo loco de dimensionibus interminatis, quia opinatus est Auic. q̄ subiecti cuiuscūq̄ accidētis, debet esse substantia composita ex materia & forma, siue sit accēdēs terminati, siue sit accēdēs interminati, secundū q̄ fundamentum compositi adus fuit Aui. ponere primā formā informantē materiam, esse corporeitatē substantialem, & illā asserbat esse materiam coeternā, & in illo composito aeterno, ex prima materia, & forma substantiali, corporeitatis fundabatur, ut in subiecto corpus de praedicamento quantitatis, quod est trina dimēnsio unde post allegata uerba Auer. immediate subiungit, quapropter dixit, necesse est primā formam existere in prima materia, antequā dimēnsiones existant in ea. Ex quo accidit ei multa impossibilia, quorū unum est formā nō diuidi per diuisionē materiē, quapropter non recipit diuisionem, & ipsam esse aeternā nō diuisibilem per diuisionem sui subiecti, & ipsam non habere cotrarium sibi succedens, in eodē subiecto, quod si ita esset, tunc materia nullam reciperet formā, praeter istam sibi primā. discordia igitur inter Aui. & Auer. non cōsistit in illa diuisione accidentiū, uidelicet, q̄ quaedā sunt interminata, & quaedā terminata, sed est penēs subiecti, & penēs modū ponendi, quia Auic. uult q̄ incorpore de praedicamento substantiae, fundetur dimēnsio interminata, quae est corpus de praedicamento quantitatis, unde iste est ordo secundum naturam in uia Auicē. primo est prima materia, deinde est forma generalis, uidelicet corporeitas substantialis, deinde est dimēnsio interminata, & alia accidentia interminata, praeparantia, & disponentia, ut sunt qualitates prauiæ, deinde est forma specifica cōplexa, ultimo erant accidentia terminata, in sequētia formam, sed Auer. in omnibus concordat cum eo, praeter quā quod ipse negat corporeitatem praecedere dimēnsiones interminatas, immo uult q̄ nuda essentia materiam, immediate recipiat corpus, istud quod est trina dimēnsio, & est accēdēs, & non substantia, prima enim forma (ut asserit) quae primitus recipitur in materia, est dimēnsio interminata, & ista est p̄culdubio uia eius, quae dicit Iohannes de Gandauo, & Moderni in hoc. Reuertatur igitur, & dicamus propositum Theorema, prius substantia esse substantiam, ueritatem habere de priori, q̄ natura & perfectione praecedit substantiam, esse de necessitate substantiam, quantumcumque si bene consideras, semper accēdēs praesupponit substantiam, quia accēdēs intellectus non est separabilis à substantia, quia accēdēs diffinitur per esse in subiecto.

Bonitas est passio entis.

NIMIS allegata, & uulgata auctoritas, & colligi potest ex inia Phi m. 4. Primae phia. tex. cō. 6. ubi dicitur, quod non est Geometrarū speculārū quid con-

trarium, aut perfectū, ut unum, aut ens. Intelligitur tamen propositio de ente extra animā, & de ente in actu, quia tali primo cōpetit, nam. 6. Primae phia. tex. cō. ulti. bonū & malum sunt in rebus, & uerum, & falsum, sunt in anima, unde Cōmen. inquit ibi, natura primorū oppositorum in intellectu. f. ueri & falsi, non est natura primorū oppositorū extra animā. s. boni & mali, ueritatem uerū & falsum, sunt in cognitione, & boni, & mali, est in materia. Dixi tamen nota biliter q̄ bonitas est passio talis entis extra animā, quia entia in anima, sunt entia diminuta, & ideo excluduntur à cōsideratione Diuinae scientiae quae est scientia realis, unde bonitas nō insequitur ens diminutū, sed ens perfectum, unde Cōmē. animaduertēs ad hoc q̄ mō dixi in. 12. Primae phie, in cō. 36. inquit, balnei in anima mouet, ut efficiens, sed balneum extra animā mouet, ut finis potissimū enim aliorum uoluit esse, & optimū id cuius gratia est, & finis est, ut patet 1. Ph. tex. cō. 31. unde bonitate quā habet balneum in quantum est boni utile, & expediens quā sanitate, habet in quantum est extra animā, nō prout est in anima, & si auares appetit aurū sub ratione boni est, in quantum aurū habet esse extra animā, nō in quantum est in mente, sic enim quilibet facile ditari posset ex sola auri imaginatione. Ad didi etā q̄ bonitas est passio per se primo entis in actu. nā cuiuscūq̄ bonitas & perfectio cōpetit. illud autē actus, aut habēs actū, ita q̄ ratione actualitatis est participatio bonitatis, unde cum primus actus, in quo nulla profectus est admixta potētia, sit summi boni, in tantū enim entia sunt perfecta & bona, in quantum participant bonitate primi actus, secundū q̄ possunt, & ista est snia expressā Arist. in. 1. Ph. y. au. scilicet in. tex. cō. 8. ubi scribit. Existente enim quodam Diuino & optimo & c. ubi Cōmen. in cō. inquit, q̄ cū hic sit perfectio Diuina maxima cui omnia appetit assimilari secundū q̄ possunt, & ita ostēdit materiā primā participare bonitate in quantum habet naturale appetitū ad recipiendum formā, quae est participatio quādam diuini esse, & hoc colligitur de intentione Phi, in. 1. Caeli & m. in. tex. cō. 1. ubi habet à primo quidē principio cōcēntum esse esse, & uiuere oibus his quidē clarius, his uero obscurius, licet enim omnia entia bona sint, & bonitate participēt: tamen hoc est in quantum, aut sunt actus, uel in quantum participant rationē actus, unde uidetur mihi q̄ prima materia in illo priori in quo p̄cedit formā, licet ens sit, tamen in illo priori bona nō est, quia bonitas & perfectio cōtingit ei ex receptione formae, & ideo Deus indidit sibi naturalem desiderū ad ipsam formā, nā alia uia boni capax nō erat. * { Aduerte hic q̄ licet unaqueq̄ creatura ex sua bonitate sit admirabilis, nā ut dicit Arist. in lib. de Partibus animalū. Nulla res natura cōstās est à Deo despicacissime cōditionis in qua nō liceat aliquid Diuinū admirari, tamē adhuc admirabilior reducit res primo, ut ad se inuenire cōsiderantur, ut ex eis sit unus actus, unde aether in se cōsideratus admirabilis est, sed lōge admirabilior, ut cōiungit aeri, & aer aq̄, & humidū siccū, unde secūdū Ph. m. 12. Diuinarū bonū uniuersū cōsistit in ordine, & ideo in sacris litteris legitur q̄ in prima mīdi cōditura facta qualibet creatura dicitur, q̄ uidit Deus q̄ erat bonū, sed postquā Deus uidit cuncta quae fecerat dicit q̄ erat ualde bonū, ita etā dicit Grego. Naziazenus theologus in Sermone de natura te dñi. Plotinus etā inquit nō in eo q̄ qualitate habeat mala censetur numero ex eo potius q̄ nullā habeat qualitatē, ergo reſte nō qualis dicitur simul & mala, sed Proclus in eo quod extrema entium est, & à bonis remota nō bonam esse existimauit, uerū in eo quod tempore per praeber effectū in bonis censuit esse ponendā, quare median esse dixit inter bonū & malū, item dixit eam neq̄ animā, neq̄ intellectū, neq̄ aliquid aliud q̄ secundum se uiuit, rudē quoq̄ informamq̄, infinitam, & mutabilem, & uere non ens, sed appetitionē quādam substantialem, non tamen consistentem in statu, sed potius apparentem, & modo quid parui, modo magni, quodq̄ fiat semper, & antequam moueat, praeterea mentientem, quia non praestat q̄ pollicetur, item fingentem non in locum, sed in nō ens, quapropter imagines quae in ea apparēt insunt quasi in speculo in quo q̄ alibi sūt

Theorema.

F ii

Solo manifeste cōtaditionis.

Surma similitudinis.

Prop. 48.

D **ADDI.** Ex uerbis Arist. q̄ bonitas sit passio entis in actu. **E** **ADDI.** **F**